



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum mens prout est in ea imago Trinitatis sit essentia animæ, uel aliqua
potentia eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

angelos; sed secundum quod voluntas angeli deter- minabit, unde si angelus fiat per propriam volunta- rem in actu alicuius speciei secundum intellectum in ordine ad unum tantum angelum, percipietur ab illo uno tantum eius locutio. si vero in ordine ad plures, percipietur a pluribus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in locutione non requiritur conversio vel directio quasi cognita, sed quasi cognitionem faciens. unde ex hoc ipso, quod unus angelus ad alterum convertitur, illa conversio facit eum cognoscere alterius angeli cogitationem.

AD SECUNDUM dicendum, quod in generali est unus nutus, quo ad omnes unus loquitur: sed in speciali sunt tot nutus quot sunt conversiones ad diversos, unde unusquisque cognoscit secundum unum ad se factum.

AD TERTIUM dicendum, quod quamvis unus angelus alterum intueatur, non tamen oportet quod speciem prout ea actu aliquid cogitat, videat, nisi ipse angelus convertatur ad eum.

AD QUARTUM dicendum, quod locutio humana movet auditum actione, quae est per necessitatem naturae, quia impellendo aërem usque ad aurē: sed hoc modo, non est in locutione angeli, ut dictum est: sed totum dependet ex voluntate angeli loquentis.

QVAESTIO X.

De mente.

In tredecim articulis divisa.

¶ Primo quaeritur, Vtrum mens prout est in ea imago Trinitatis, sit essentia animae, uel aliqua potentia eius.

¶ Secundò, Vtrum in mente sit memoria.

¶ Tertiò, Vtrum memoria distinguatur ab intelligentia, sicut potentia a potentia.

¶ Quartò, Vtrum mens cognoscat res materiales.

¶ Quintò, Vtrum mens nostra possit cognoscere materialia in singulari.

¶ Sextò, Vtrum mens humana accipiat cognitionem a sensibus.

¶ Septimò, Vtrum in mente sit imago Trinitatis, secundum quod materialia cognoscit non solum secundum quod cognoscit aeterna.

¶ Octavò, Vtrum mens seipsum per essentiam cognoscat, aut per aliquam speciem.

¶ Nonò, Vtrum anima cognoscat habitus in ipsa existentes per essentiam suam, vel per aliquam similitudinem.

¶ Decimò, Vtrum aliquis possit scire se habere charitatem.

¶ Undecimò, Vtrum mens aliqua in statu viae possit videre Deum per essentiam.

¶ Duodecimò, Vtrum Deum esse per se sit notum menti humanae, sicut prima principia demonstrationis, quae non possunt cogitari non esse.

¶ Tertiodecimò, Vtrum per naturalem rationem cognosci possit trinitas personarum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum mens, prout in ea est imago Trinitatis, sit essentia animae, uel aliqua eius potentia.

QVAESTIO Est de mente, in qua est imago Trinitatis. & primo quaeritur, utrum mens, prout est in ea imago Trinitatis, sit essentia

A anima, uel aliqua potentia eius. & videtur quod sit ipsa essentia animae, quia Aug. dicit 9. de Trinitate quod mens, & spiritus non relative dicuntur, sed essentialiter demonstrant, & non nisi essentiam animae: ergo mens est ipsa essentia animae.

¶ 2. Præter. Diversa genera potentiarum animae non inveniuntur, nisi in essentia, sed appetituum, & intellectuum sunt diversa genera potentiarum animae: ponuntur. n. in fine primi de anima quinque genera communissima potentiarum animae: scilicet vegetatiuum, sensitivum, appetituum, motiuum & intellectuum: cum ergo mens comprehendat in se appetituum, & intellectuum: quia in mente ponitur ab Aug. intelligentia, & voluntas, videtur quod non sit mens aliqua potentia: sed ipsa essentia animae.

¶ 3. Præter. Augustinus de civitate Dei dicit, quod nos sumus ad imaginem Dei in quantum sumus, nominis non esse, & amamus utrumque. In 9. vero de Trinitate assignat imaginem Dei in nobis secundum naturam, mentem, & amorem. cum ergo amare sit actus amoris, & noscere sit actus notitiae, videtur quod esse sit actus mentis: sed esse est actus essentiae, ergo mens est ipsa essentia animae.

¶ 4. Præter. Eadem ratione invenitur mens in angelo, & in nobis: sed ipsa essentia Angeli est mens eius. Unde Dionysius frequenter nominat Angelos, divinas vel intellectuales mentes. ergo etiam, & mens nostra est ipsa essentia animae.

¶ 5. Præter. Augustinus dicit in 10. de Trinitate quod memoria, & intelligentia, & voluntas sunt una mens, una essentia, una vita. ergo sicut vita ad essentiam pertinet, ita & mens.

¶ 6. Præter. Accidens non potest esse principium substantialis distinctionis: sed homo substantialiter distinguitur a brutis in hoc quod habet mentem. ergo mens non est aliquid accidens: sed potentia animae est proprietas eius secundum Avicennam. & sic est de genere accidentis. ergo mens non est potentia: sed est ipsa essentia animae.

¶ 7. Præter. Ab una potentia non egrediuntur diversi actus secundum speciem: sed a mente egrediuntur diversi actus secundum speciem, scilicet memorari, intelligere, & velle, ut patet per Augustinum. ergo mens non est aliqua potentia animae: sed ipsa essentia eius.

¶ 8. Præter. Una potentia non est subiectum alteri potentiae: sed mens est imaginis subiectum, quod consistit in tribus potentijs. ergo mens non est potentia: sed ipsa essentia animae.

¶ 9. Præter. Nulla potentia comprehendit in se plures potentias: sed mens comprehendit intelligentiam, & voluntatem. ergo non est potentia: sed essentia.

SED CONTRA, anima non habet alias partes, nisi suas potentias: sed mens est quaedam pars animae superior, ut Augustinus dicit in libro de Trinitate. ergo mens est potentia animae.

¶ 2. Præter. Essentia animae communis est omnibus potentijs, quia omnes in ea radicanatur: sed mens non est communis omnibus potentijs, quia dividitur contra sensum. ergo mens non est ipsa essentia animae.

¶ 3. Præter. In essentia animae non est accipere supremum, & infimum: sed in mente est supremum, & infimum, dividit enim Augustinus mentem in superiorem, & inferiorem rationem. ergo mens est potentia animae non essentia.

¶ 4. Præter. Anima essentia est principium vivendi: sed mens non est principium vivendi, sed intelligendi. ergo mens non est ipsa essentia animae, sed potentia eius.

¶ 5. Præter. Subiectum non predicatur de accidente: sed mens predicatur de memoria, intelligentia & voluntate, quae sunt in essentia animae, sicut in subiecto. ergo mens non est essentia animae.

¶ 6. Præter. Secundum Augustinum in libro de Trinitate anima Quæst. disp. S. Tho. YY 3 non

Cap. 4. circa mediū 10. 3.

14. de Trin. cap. 3. & 6. tom. 3.

Ca. 26. circa prin. tom. 5. & 9. de Trin. ca. 4. & sequ. tom. 3.

Cap. 7. de div. nomi.

Cap. 11. par. ante mediū tom. 3.

Lib. de spiritu, & Anima cap. 4. circa fin. tom. 3.

Li. 12. c. 2. 3. 4. & 12. 10.

12. de Trin. c. 3. & 4. 10.

Lib. 13. de Trin. c. 4. in fine. & c. 7. ante mediū tom. 4.

non est ad imaginē secundum se totam, sed secundū aliquid sui. est autē secundum mētem. ergo mēs non nominat totam animam, sed aliquid animae.

¶ 7 Præ. Nomen mētis ex eo, quod meminit, sumptum esse videtur: sed memoria designat aliquā potentiam animae. ergo & mens, & non essentiam.

RESPON. Dicendum, quod nomen mētis a mensurando est sumptum. Res autem vniuersiūque generis mensurat per id, quod est minimum & principium primum in genere suo, ut patet in 10. Metaphysicorum. & ideo nomen, mentis hoc modo dicitur in anima, sicut & nomen intellectus. Solum enim intellectus accipit cognitionē de rebus mensurando eas, quasi ad sua principia. Intellectus autē, cum dicitur per respectum ad actum, potentiam animae designat. virtus enim siue potentia est mediū inter essentiam & operationem, ut patet per Dionysium.

Com. 4. to. 3.

A medio. il. lius.

11. cap. Cælest. hierar. Quia vero rerum essentiae sunt nobis ignorae, virtutes autē earum innotescunt nobis per actus, vtiur frequenter nominibus virtutum vel potentiarum ad essentias significandas. Sed quia nihil notificatur nisi ex hoc quod est sibi proprium, oportet quod cum aliqua essentia designatur per suam potentiam, quod designetur per potentiam sibi propriam. In potentijs autem hoc communiter inuenitur, quod illud, quod potest plus, potest in minus, sed non conuertitur, sicut qui potest ferre centum libras, potest ferre viginti, ut dicitur in primo Cæli & Mundi. Et ideo si aliqua res per suam potentiam debeat designari, oportet quod designetur per vltimum potentiae suae. Anima autē quae est in plantis, habet infimum gradum inter potentias animae: vnde ab ea denominatur, cum dicitur nutritiua vel vegetabilis. Anima autem bruti pertingit ad altiorē gradum scilicet qui est sensus. Vnde ipsa anima vocatur sensitua, vel quandoque etiam sensus. Sed anima humana pertingit ad altissimum gradum, qui est inter potentias animae, & ex hoc denominatur. vnde dicitur intellectiua & quādoque etiam intellectus: & similiter mens in quantum scilicet ex ipsa nata esse effluere talis potentia, quia est sibi proprium prae alijs animabus. patet ergo quod mens in anima nostra dicit illud, quod est altissimum in virtute ipsius: vnde cum secūdum id quod est altissimum in nobis diuina imago inueniatur in nobis, imago nō pertinet ad essentiam animae, nisi secundū mentem, prout nominat altissimā potentiam eius. Et sic mens, prout in ea est imago, nominat potentiam animae, & non essentiam, vel si nominat essentiam, hoc non est nisi in quantum ab ea fluit talis potentia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod mens non dicitur significare essentiam, secundum quod essentia contra potentiam diuiditur, sed secundum quod essentia absoluta diuiditur contra id quod relative dicitur, & sic mens diuiditur contra notitiam sui, in quantum per notitiam mens ad se ipsam refertur, ipsa vero mens dicitur absolute, vel potest dici, quod mens accipitur ab Aug. secundum quod significat essentiam animae, simul cum tali potentia.

AD SECUNDUM dicendum, quod genera potentiarum animae distinguunt dupliciter. Vno modo, ex parte obiecti. Alio modo ex parte subiecti, siue ex parte modi agendi, quod in idem redit. Si igitur distinguantur ex parte obiecti, sic inueniuntur quinque potentiarum genera supra enumerata. Si autem distinguantur ex parte subiecti vel modi agendi, sic sunt tria genera potentiarum animae, scilicet vegetatiuum, sensitiuum & intellectiuum, operatio enim anime tripliciter potest habere ad materiam. Vno modo ita, quod per modū naturalis actionis exercetur & talis actio nō principium est potentia nutritiua, cuius actus exercent qualitatibus actiuis & passiuis sicut & aliae actiones materiales. Alio modo ita, quod operatio anime nō pertingat ad ipsam materiam, sed fluit ad materiam conditionibus actiuis & passiuis sicut & aliae actiones materiales. Alio modo ita, quod operatio anime excedat & materiam & materiam conditionibus, & sic est pars aīe intellectiua. Secundum igitur has diuersas potentias anime ad inuicem comparatas in idem, vniuersum genus reduci. Si enim appetitus sensibilis intellectiualis qui est voluntas, consideretur secundum ordinem ad obiectum, sic reducitur in vniuersum genus, quia vniuersū obiectum est bonum. Si vero consideretur quantum ad modum agendi, sic reducitur in diuersa genera, quia appetitus inferior reducitur in genus sensitiuum, appetitus vero superior in genus intellectiuum. Sicut enim sensus non apprehendit nisi obiectum sine conditionibus materialibus, prout scilicet est hic, & nunc, sic & appetitus sensibilis in suo obiectum fertur in bonum scilicet particulare. Appetitus vero superior in suum obiectum tendit per modum quo intellectus apprehendit, & sic quāquam modum agendi voluntas ad genus intellectiuum reducitur, modus autē actionis prouenit ex dispositione agentis: quia quanto fuerit agens perfectius, tanto est eius actio perfectior. Et ideo si considerentur inuicem diuersi modi potentiae secundum quod exercuntur ad essentiam animae, quae est subiectum carum, voluntas inuenitur in eadem coordinatione cum intellectu: non autē appetitus inferior qui in irascibile & concupiscibilem diuiditur. Et ideo mens potest comprehendere voluntatem & intellectum absque eo, quod sit anime essentia: in quantum scilicet nominat quoddam generum potentiarum animae, ut sub mente intelligantur comprehendendi omnes illae potentiae, quae in suis actibus continentur a materia & conditionibus materiae reconduntur.

AD TERTIUM dicendum, quod ab Aug. & alijs sanctis imago Trinitatis in homine multipliciter assignatur nec oportet quod una illarū assignationē alteri correspondeat, sicut patet quod Aug. assignat imaginē Trinitatis secundum mētem, notitiam & amorem, & alterius secundum memoriam, intelligentiam & uoluntatem. Et quāuis uoluntas & amor sibi inuicem correspondeant, & notitia & intelligentia, non tamen oportet, quod mens correspondeat memoriae, cum mens omnia contineat, quae in illa assignatione dicitur. Similiter etiam illa assignatio Aug. quam obiectio rāgit, est alia a duabus praecursum. Vnde non oportet, quod si amare amorem respondeat, & nosse notitiam, quod esse respondeat menti, sicut proprius actus eius, in quantum est mens.

AD QUARTUM dicendum, quod angeli diuini mentes nō quia ipsa mens siue intellectus angelicus est essentia put intellectus & mēs potētia nominata, sed quia nihil aliud habet de potentijs aīe, nisi hoc quod mētem comprehendit: vnde totaliter sunt mēs. Alia uero nostrae adiunguntur aliae potentiae, quae tū mētem non comprehendunt, ex eo quod est actus corporis scilicet sensituae & nutritiue potentiae, vnde potest dici anima esse mens, sicut & angelus.

AD V. dicendum, quod viuere addit supra esse, & intelligere supra uincere. Ad hoc autē quod imago Dei in aliquo

In arg. a.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod mens non dicitur significare essentiam, secundum quod essentia contra potentiam diuiditur, sed secundum quod essentia absoluta diuiditur contra id quod relative dicitur, & sic mens diuiditur contra notitiam sui, in quantum per notitiam mens ad se ipsam refertur, ipsa vero mens dicitur absolute, vel potest dici, quod mens accipitur ab Aug. secundum quod significat essentiam animae, simul cum tali potentia.

AD SECUNDUM dicendum, quod genera potentiarum animae distinguunt dupliciter. Vno modo, ex parte obiecti. Alio modo ex parte subiecti, siue ex parte modi agendi, quod in idem redit. Si igitur distinguantur ex parte obiecti, sic inueniuntur quinque potentiarum genera supra enumerata. Si autem distinguantur ex parte subiecti vel modi agendi, sic sunt tria genera potentiarum animae, scilicet vegetatiuum, sensitiuum & intellectiuum, operatio enim anime tripliciter potest habere ad materiam. Vno modo ita, quod per modū naturalis actionis exercetur & talis actio nō principium est potentia nutritiua, cuius actus exercent qualitatibus actiuis & passiuis sicut & aliae actiones materiales. Alio modo ita, quod operatio anime nō pertingat ad ipsam materiam, sed fluit ad materiam conditionibus actiuis & passiuis sicut & aliae actiones materiales. Alio modo ita, quod operatio anime excedat & materiam & materiam conditionibus, & sic est pars aīe intellectiua. Secundum igitur has diuersas potentias anime ad inuicem comparatas in idem, vniuersum genus reduci. Si enim appetitus sensibilis intellectiualis qui est voluntas, consideretur secundum ordinem ad obiectum, sic reducitur in vniuersum genus, quia vniuersū obiectum est bonum. Si vero consideretur quantum ad modum agendi, sic reducitur in diuersa genera, quia appetitus inferior reducitur in genus sensitiuum, appetitus vero superior in genus intellectiuum. Sicut enim sensus non apprehendit nisi obiectum sine conditionibus materialibus, prout scilicet est hic, & nunc, sic & appetitus sensibilis in suo obiectum fertur in bonum scilicet particulare. Appetitus vero superior in suum obiectum tendit per modum quo intellectus apprehendit, & sic quāquam modum agendi voluntas ad genus intellectiuum reducitur, modus autē actionis prouenit ex dispositione agentis: quia quanto fuerit agens perfectius, tanto est eius actio perfectior. Et ideo si considerentur inuicem diuersi modi potentiae secundum quod exercuntur ad essentiam animae, quae est subiectum carum, voluntas inuenitur in eadem coordinatione cum intellectu: non autē appetitus inferior qui in irascibile & concupiscibilem diuiditur. Et ideo mens potest comprehendere voluntatem & intellectum absque eo, quod sit anime essentia: in quantum scilicet nominat quoddam generum potentiarum animae, ut sub mente intelligantur comprehendendi omnes illae potentiae, quae in suis actibus continentur a materia & conditionibus materiae reconduntur.

AD TERTIUM dicendum, quod ab Aug. & alijs sanctis imago Trinitatis in homine multipliciter assignatur nec oportet quod una illarū assignationē alteri correspondeat, sicut patet quod Aug. assignat imaginē Trinitatis secundum mētem, notitiam & amorem, & alterius secundum memoriam, intelligentiam & uoluntatem. Et quāuis uoluntas & amor sibi inuicem correspondeant, & notitia & intelligentia, non tamen oportet, quod mens correspondeat memoriae, cum mens omnia contineat, quae in illa assignatione dicitur. Similiter etiam illa assignatio Aug. quam obiectio rāgit, est alia a duabus praecursum. Vnde non oportet, quod si amare amorem respondeat, & nosse notitiam, quod esse respondeat menti, sicut proprius actus eius, in quantum est mens.

AD QUARTUM dicendum, quod angeli diuini mentes nō quia ipsa mens siue intellectus angelicus est essentia put intellectus & mēs potētia nominata, sed quia nihil aliud habet de potentijs aīe, nisi hoc quod mētem comprehendit: vnde totaliter sunt mēs. Alia uero nostrae adiunguntur aliae potentiae, quae tū mētem non comprehendunt, ex eo quod est actus corporis scilicet sensituae & nutritiue potentiae, vnde potest dici anima esse mens, sicut & angelus.

AD V. dicendum, quod viuere addit supra esse, & intelligere supra uincere. Ad hoc autē quod imago Dei in aliquo

aliquo inueniatur, oportet quod ad vltimū genus perfectionis perueniat, quod creatura tendere potest. vnde si habeat esse tātum sicut lapides, vel esse & viuere sicut planta & bruta, nō saluatur in hoc ratio imaginis: sed oportet ad perfectā imaginis rōnem, vt creatura sit, viuatur, & intelligat. In hoc enim perfecte fīm genus conformatur essentialibus attributis. & ideo quia in assignatione imaginis mens lo cum diuinā essentia tenet, hęc vero tria quę sunt memoria, intelligentia, & uoluntas tenent locum trium personarum, ideo Aug. menti ascribit illa quę requirunt ad imaginē in creatura, cum dicit quod memoria sunt vna vita, vna mēs, vna essentia. nec tñ oportet quod ex hoc ipso dicatur etiā mens & vita quo & essentia, quia non est idē in nobis esse & viuere & intelligere, sicut & in Deo: dicitur tñ hęc tria vna essentia, in quātum ab vna essentia mentis procedunt: vna uita in quantum ad vnum genus vite pertinent: vna mens, in quantum sub vna mente comprehenduntur, vt partes sub toto, sicut visus & auditus comprehenduntur sub parte animę sensitua.

AD SEXTVM dicendum, quod secundum Phil. in 8. Meta. quia substantiales rerum differētia sunt nobis ignota, loco earum interdum definiētes accidentalibus vtuntur, secundum quod ipsa designant vel notificant essentia, ut proprii effectus notificat causam. vnde sensibile fīm quod est differentia constitutiua animalis, non sumitur a sensu, prout nominat potentiam: sed prout nominat ipsam animā essentiam a qua talis potentia fluit: & similiter est de ratione vel de eo quod est habens mentem.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut pars animę sensitua non intelligitur esse vna quodam potētia prater omnes particulares potentias, quę sub ipsa comprehenduntur, sed est quasi quoddā totum potentiale comprehendens oēs illas potentias, quasi partes, ita etiam mens non est vna quodam potētia prater memoriam, intelligentiam, & uoluntatem: sed est quoddam totum potentiale cōprehensens hęc tria: sicut etiam videmus quod sub potētia faciendi domum, comprehenditur potētia dolandi lapides, & erigendi parietes, & sic de alijs.

AD OCTAVVM dicēdū, quod mens non cōparat ad intelligentiā & uoluntatē sicut subiectum: sed magis sicut totum ad partes, prout mens potentiam ipsam nominat. Si vero sumatur mens pro essentia animę, secūdm quod ab ea nata est progredi talis potentia, sic nominabit subiectum potentialium.

AD NONVM dicēdū, quod vna potētia particularis non cōprehendit sub se plures: sed nihil prohibet sub vna generali potētia comprehendi plures, vt partes, sicut sub vna parte corporis plures partes organice comprehenduntur, ut digiti sub manu.

ARTICVLVS II. Vtrum in mente sit memoria.

SECVNDO queritur, vtrum in mēte sit memoria. & videtur quod non, quia secundum Aug. 12. de Trin. illud quod est commune nobis & brutis non pertinet ad mentem: memoria autem nobis & brutis cōmunis est, ut patet p. Aug. 10. Cōf. ergo & c. ¶ 2 Præt. Phil. in lib. de Memoria & Reminiscētia dicit, quā memoria nō est intellectiua, sed potius sensitiua. cū ergo mens sit idē qđ intellectus, ut ex prædictis patet. videt quod memoria non sit in mente. ¶ 3 Præt. Intellectus & oīa qđ ad intellectū ptinēt abstrahūt ab hęc & nūc, memoria uero nō abstrahit, cōcernit nāq; determinatū tēpus. s. p. rēritū, memo-

Aria nāq; prateritorum est, vt dicit Tullius. ergo & c.

¶ 4 Præt. Cū in memoria cōseruentur aliqua qđ non apprehendūtur actu, vbiēq; ponit memoria oportet qđ ibi differat apprehendere, & retinere. in intellectu autē non differūt, sed potius in sensu: propter hoc. n. in sensu differre possunt, quia sensus organo corporali vtitur. nō autem omne qđ tenetur in corpore apprehenditur. intellectus autem non vtitur organo corporali. vnde nihil in eo retinetur nisi intelligibiliter, & sic oportet quod actu intelligatur. ergo memoria non est in intellectu, siue in mente.

¶ 5 Præt. Anima non memoratur prius quā apud se aliquid retineat: sed antequā aliquas species recipiat a sensibus a quibus nostra cognitio oritur, quas retinere possit, est ad imaginē. cum ergo memoria sit pars imaginis non vī quod possit esse in mente.

¶ 6 Præt. Mens secundum quod est ad imaginem Dei fertur in Deū: sed memoria non fertur in Deū, est enim eorum quę cadunt sub tempore, Deus autem est omnino supra tempus. ergo & c.

¶ 7 Præt. Si memoria esset pars mentis, species intelligibiles in ipsa mente cōseruentur, sicut cōseruantur in mēte angeli: sed angelus conuertendo se ad species, quas habet penes se, potest intelligere. ergo & mēs cōuertendo se ad ipsas species retentas: & ita posset intelligere sine hoc qđ ad phantasmata conuertetur: qđ manifeste apparet esse falsum. Quātumlibet. n. aliquis scientiā in habitu habeat, laeso tñ organo imaginatiuę virtutis, vel memoratiuę, in actu exire non potest: qđ non esset si mens in actu intelligere posset non conuertendo se ad potentias quę organis vtuntur. vnde memoria non est in mente.

SED CONTRA. Philo. dicit in 3. de Anima. quod anima est locus specierum, prater quā non tota, sed intellectiua, loci autem est cōseruare contenta in eo. cum ergo cōseruare species ad memoriā pertinet, videtur quod in intellectu sit memoria.

¶ 2 Præt. Illud, qđ equaliter se habet ad omne tēpus, non cōcernit aliqđ tempus particulare: sed memoria est proprie accepta equaliter se habet ad omne tempus, vt dicit Aug. 12. de Trin. & probat per dicta Virg. qui proprio nomine memorię & obliuionis vsus est. ergo memoria nō cōcernit aliquod tēpus particulare, sed omne. ergo ad intellectū pertinet.

¶ 3 Præt. Memoria proprie accipiēdo est prateritorum: sed intellectus non solum est presentium, sed etiam futurorum & prateritorum: intellectus enim compositionem format, secundum omne tempus intelligens hominem fuisse, futurum esse, & esse, vt patet 3. de Anima. ergo memoria proprie loquendo ad intellectū pertinere potest.

¶ 4 Præt. Sicut memoria est prateritorum, ita prouidentia futurorum secundum Tullium: sed prouidentia est in parte intellectiua proprie accipiēdo. ergo eadem ratione & memoria.

RESPON. Dicēdū, qđ memoria secundū cōem vsū loquentiū, accipit pro notitia prateritorum. Cognoscere autē p. rēritū vt prateritū, est eius cuius est cognoscere p. rēns, vt p. rēns, vel nunc, vt nūc: hoc autē est sensus. sicut. n. intellectus nō cognoscit singulare vt est hoc, sed secundum cōem quādam rationē, vt in quantum est homo, vel albus, vel etiā particulare, non in quantum est hic homo, vel particulare hoc: ita etiā intellectus cognoscit p. rēns & prateritum, nō in quantum est nunc, & hoc prateritum. vnde cum memoria secundū propriā sui acceptiōnem respiciat ad id, qđ est prateritum respectu huius

In lib. de inuentione fol. 4. ante hanc libr. 1. 1. 1.

C6.6. to. 2.

14. de Trin. ca. 11. fo. 3.

Com. 22. & 23. tom. 3.

Lib. 2. de Inuentione. fol. 4. ante hanc libr. 1.